



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Maria Ægyptiaca. 9. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

P.R.
tur,
l.
rilis.
ndit
tem
ve-
um,
tati-
ntio
san-
uifra
in-
IA
ere,
hol-
D.
ila-
est,
n-
tis,
er-
lia-
n-
VS.
ter
um
alo
na
næ
L
ud
d-
t:

9. APR. Vita Sanctorum. 203
didit: ad hanc formam Sponsi expallescis
foror? illa; emorior. Ille iterum: cupis ab
oculis theatrum crudelitatis hoc amotum?
illa iterum: ah! percupio. Ergo, subjicit
WICTERPVVS, oculos nega Richardo
sacrificant, cuius impuritas carnifex est
Sponsi tui. Audiit, abstinuit ab impuri
sacris, idemq; ut vulgus faceret, auctor
fuit. O xtas nostra! o sacra! o Sacerdo-
tes! eja dicite; oculos hominum à vo-
bis si abducunt Superi, quibus ipsi vos
aspicient, nisi iratis? Ex Bav. S.

S. MARIA ÆGYPTIACA.

9. Aprilis.

Avdite omnes apud divinum tribu-
nal rei. Patronam si MATREM ju-
dicis habetis, caussam peractam habe-
tis. Certè caussâ laboravit illa MA-
RIA, cui nomen Ægyptus dedit, & ta-
men hâc non cecidit, ubi melior MA-
RIA peroravit. Quid enim? nominis
illa sui oblita, ut voluptati litaret, pu-
dorem non venalem, sed gratis omniū
libidini exposuit: quin festo Exaltatæ
Crucis die, cum Hierosolymam Orbis
conflueret, ausa est velle ibi infanda
Veneris sacra publicare. Sed inolientē
ter pedem impurum templo inferre,
ter repulit vis arcana. Quid MARIA?
ad MARIAM abit, quid agis misera?
Veneri patrocinari vis Virginē? O quid
apud MATREM non possunt lacrimæ?

quid

quid non lac MATRIS apud sanguinem potest FILII? orat illa; exorat iste: absolvit judex admissam, quam absentem damnaverat. Sed audite pœnitentem, qui peccantem inspicitis VI. annis supra XL. eluit lacrimis feras inter, quidquid inter homines peccaverat, semper oppugnata ab Orco, semper victrix, VIRGINIS auxilio, nulli hominum nisi Zofimo visa. Is divino diuītu ad eam venit, & vitæ seriem, quam dedimus, audivit; cum sacro dein epulo revisit, quod ut caperet MARIA, per Iordanem sicco vestigio advolavit. Ita puram cùm undæ jam probassent, secundò redux defunctam in arenâ offendit: anxio verò de sepulturâ leo supervenit, & fossam unguibus dedit, æternum non tam pœnitentis, quam miserantis MARIAÆ monumentum.
Ex vit. PP.

S. MACARIVS PATRIARCHA.
10. Aprilis.

MACARIVS Armenus Patriarcha Antiochenam sedem beavit, sed multò magis pauperes, quos iunos ille domi Palatinos, foris antecambulones habuit. Ob id, & quæ jam tunc patrabat mira, ne in ore omnium esset, omnium oculos fugit, & sab quo lateret ignobilis, sepulchrum Christi petiit. Sed Saracenorum scelere ad ipsa ossa usque lacera